



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

56 Q[ue] Iniqve Laici Ad Vetitvm Trahantur ecclesiasticorum tribunal.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ipſi immāni vendunt precio, quod quidem illi perſoluere coguntur, qui (ita iubente Pontifice) opera talium indigēt officialium, ſeu ſcriptorū. Hinc euenit, vt natio Germanica, præcipue vero Epifcopi, quoties Pallium redimunt, aut confirmationem a Romano petunt Pontifice, ac multi alij oppido aggraentur, ac longe plus q̄ elapſis annis, pecunias ſuas dilapidare compellantur. Hinc facile conijcere licet, quot Romæ, quantiq; laquei pro emungendis nūmis tendantur. Quas propter talia officia merito deleri debent.

DE ARCHIPRESBITERORVM OFFICIALIBUS, & alijs iudicibus eccleſiaſticis.

Archiprebyterorum quoq; officiales, vt plurimum, ſunt 55 indocti, inhabiles, inſuper & ſcurrilibus moribus, nihil penſi habentes, nihil auentes, q̄ pecuniam, Et q̄ notorie in publicis degant peccatis ac facinoribus, quotidiano diſcitur uſur, per quod laici, quos ob admiſſa, debito modo corripere, ac in pietate Chriſtiana eruditiores & meliores reddere debebant, nedum ad meliorem frugē non perducuntur, ſed offendiculis onerantur potius. Ad hæc per leues ac viles has officialium perſonas, in quorum conſcientijs, nulla Chriſtianæ pietatis viget ratio, ſed tantum ſcleratus habendi amor, laici miſere ad viuum uſq; in bonis ſuis ſpoliantur, ac deprædantur. Id quod Archiepi & epifcopi, ſi quidem re vera quod dicuntur, eſſent, hoc eſt Chriſti paſtores, dubio procul, diutius non tolerarent, oueſq; Chriſti talibus offendiculoſis paſtoribus curandas, minime cōmendarent, paſcēdaſue cōmitterēt.

Q̄ INIQVE LAICI AD VETITVM TRAHANTUR eccleſiaſticorum tribunal.

Fere & hoc quoq; accidit, vt laici ad eccleſiaſticorum, licet per inique, trahantur iudicium. Nam etiā ſi actor ſit eccleſiaſticus, qui laicum reum iudicio conuenire intendit, attamen nihilo magis ordinariæ iuriſdictioni reorum deferunt, quin paſſim eccleſiaſtici tales reos laicos, ſ. quaſcunq; etiam 56

E η.

ob causas civiles ac plane prophanas, ad ecclesiasticum tribunal, refragantibus omnibus etiam iuribus, pertrahere adnituntur, quum tamen maxime conveniat, ac iure non ignoto sit, quod expressim cautum, actorem rei, forum sequi debere.

QVO PACTO MAGISTRATVVM

civilium subditi, propter debitam pecuniam, ad iudicia ecclesiastica pertrahantur.

17 Præterea ecclesiastici sapiuscule laicorum subditos ob debita pecuniaria, coram ecclesiastico iudice in ius vocant, ac pregravi eorum iudiciorum ordine eosdem inibi vexant atque excutiunt, licet a civili magistratu, adeoque iudice reorum ordinaria iustitia, iurisque debita executio eis nunquam fuerit vel denegata, vel diutius quam par sit, procrastinata, fitque ita peractorum, ut dictum est, petulantiam, quia conventi iudicio ecclesiastico laici, varios ob casus ius suum non ita examussim vel deducere per imprudentiam, vel non probare per simplicitatem, noverunt, neque edocti sunt, ut in prætentam pronuncientur excommunicationem, ac irreparabilem rerum suarum perducantur detrimentum, perniciem & iacturam.

QUE INIQVE LAICIS IUDICIBVS PREBEATVR

ocasio ab ecclesiasticis, subditorum suorum petendi missionem.

18 INSVPER & alias ob plures causas illicitas, a iudicibus ecclesiasticis contra personas laicas emittuntur citationes ac monitoria: quantum tales iudices, publica etiam testante fama, indubitanter perspectum habeant, vocatos ita in ius ad ditionis suae terminos minime pertinere, illosque ad ordinarium ius remittendos fore. Quod ipsum quoque laicorum subiectis non ferendis modis, graue onerosumque est. Nam et si causæ, personæque tales ad instantiam magistratuum civilium ac laicorum superiorum petitionem, tandem ad ius dicentis laici ordinarium remittantur tribunal, nihilominus tamen ita immerito in ius vocati, grauibus onerantur impedij, damnis, & expensis, eo quod superiores suos laicos, quos non raro ultra centesimam